Nos Praelati, Canonici, totumque Capitulum Cathedralis Ecclesiae Varmiensis Notum testatumque facimus tenore praesentium quorum interest, seu quomodolibet in posterum interesse poterit. Quod nos constituimus, creavimus, et solenniter ordinavimus, prout tenore praesentium omnibus melioribus modo via, iure, caussa et forma, quibus melius et efficacius de iure potuimus & debuimus, constituimus, creamus, et ordinamus in nostros veros, legitimos, et indubitatos Procuratores, actores, factores, negotiorumque infrascriptorum gestores D. Martinum Koladi [illegible] Praepositum Varsaviensem [illegible], nostro et totius Venerabilis Capituli nomine coram [illegible] Domino nostro clementissimo, [illegible] negotium [illegible] pendens villae Neukirch antiquitus iure haereditario ad Venerabile Capitulum pertinentis, vel etiam bonorum [illegible] promovendi, causamque et causas eius prosequendi, litem contestandi, acta, sententias, iura, monimenta et privilegia producendi, et allegandi; excipiendi, solenniter protestandi, expensas litis petendi, iuramentum quodlibet, alias honestum et licitum in animam principalium praestandi, satisdandi de rato et grato cavendi; Nec non ad omnes et singulos actus, et terminos iudiciales tam substantiales quam accidentales huic liti necessarios procedendi; Unum quoque vel plures Procuratorem vel Procuratores, loco illorum, cum simili, aut limitata potestate substituendi, eumque vel eos revocandi, et onus procurationis eiusmodi reassumendi, toties, quoties opus fuerit, et ipsis videbitur expedire, praesenti Procuratorio nihilominus in suo robore permansuro: Et generaliter omnia alia & singula faciendi, dicendi, gerendi, exercendi et procurandi, quae in praemissis, et circa ea necessaria fuerint, seu etiam quomodolibet opportuna: Et quae nos ipsi, dictumque Venerabile Capitulum si in praemissis omnibus et singulis praesentes essemus, facere et dicere [illegible] possemus: Etiamsi talia forent, quae mandatum exigerent magis speciale, quam praesentibus est expressum. Promittimus insuper, cum solenni clausula relevationis, nos ratum, gratum atque perpetuo firmum habituros omnia ea, quae a praefatis D. Procuratoribus nostris, eorumque substitutis & substituendis, acta, gesta, dicta, facta, petita, et procurata fuerint in praemissis, seu aliquo praemissorum. In quorum omnium fidem et testimonium maius sigillum nostrum appensum est. Datum apud Curiam Varmiensem 10 Januarii. Anno Domini 1605.

R. D. Joannem Pissinski Cantorem et Canonicum confratrem nostrum charissimum et item D. Sebastianum Gelniewski Ecclesiae Cathedralis Vicarium

coram Ill.mo ac R.mo D. Nuntio Apostolico [illegible] iudicio comparendi; negotium haereditatis [illegible] decidendi et eventum ad eandem spectantium discutiendi audiendi causam et causas [illegible] et [illegible] Venerabile Capitulum concernentes defendendi

F. Katwes [illegible]

[illegible]

Peter Madern Vicarius beide Procurator Commendator Vicariorum | beide Vicarie eines Ehrw. Capitls
und bewilligunge des H. Coadjutor, von dem ~~Herrn~~ Chemnitzk Jörgen ~~[illegible]~~
mit wol.[illegible] Erbschaft ~~auff~~ [illegible] ihr Commenti zu [illegible] ~~[illegible]~~ hat [illegible] geringer [illegible]
[illegible] auch [illegible] gütter ~~[illegible]~~ [illegible], in Braunsberg [illegible] geld [illegible] von 300 [illegible]
Depsia [illegible] glaubiger [illegible], welche [illegible] gedachter ~~Herr~~ Jorge. [illegible] abgedachter Commendator Vicarien

Controversia
circa Laus in macula
tura mnemnh 320.
In authentico aut 396

Desiderat perticae
76

Coram add.^m R.^do D.D. Fabiano Konopacki
Decano Ecc. Varm: et Posnanien: etc. Et
D. Odinetto Perrot Can.^co Culmen. etc. SS.^mi
D. Nostri Pauli pp. 5. Commissariis ~~co~~ deputatis, in Causa Ill.^is et Mag.^ci D. Georgij Kostka
Palatini et Oeconomi Marienburg. occasione
debiti, a p.^m Ill.^mo ac Rev.^mo ~~piae memoriae~~
olim Card.^le Andr. Bathoreo Epo. Varm: Contractis
comparendi, Exceptiones fori declinatorias et
alia iuris remedia exponendi, Actionem de male
iudicato tam in perhibitis quam in principali causa
ac accessorijs eius sibi conservandi, Sententiam
nonc[?] ac quaerendam requirendi, Expensas litis
petendi etc.

10 Jan. 1605.